Bielicki Jacobi: Fausta gratulatio in celeberrimas nuptias.

FAVSTA GRATVLATIO

In Celeberrimas Nuptias

Illustr. ac Magnif. Coniugum.

DOMINI D. IOANNIS

POTVLICKI

A

POTVLICE

Et Dn.

D. ZOPHIÆ

WITOSŁAWSKA

à SIELEC.

A

IACOBO BIELICKI D.

POSNANIÆ,
In Officina Ioannis Wolrabj, 1615.

In insignia Illustr. Coniugum.



Stant ternæ turres quas vndiq; murus obarmat
Limen & obseruans miles in arma ruit.
Mænibus assurgens porrectus ad arma Gradiui
Excubat & pleno ringitur ore Leo.
Quis sponso technas sponsæq; minabitur? hostem
Ense ferit miles, lancinat ore leo.

ILLVSTRI AC MAGNIFICO DOMINO D. IOANNI POTVLICKI á POTVLICE SALVTEM & Felicitatem.

QVod astra in cælo, hoc in regnis bene ordinatis viri honoribus, opibus, & omni virtutum genere illustres. Splendent illa & cæteris orbium cælestium partibus tenebrescentibus produnt se luce sua: splendent & isti, & cum cæteri illis impares in oculis hominum non ferantur, feruntur illi. Virtute sua astra subiecta mouent corpora, & in eis admirandos producunt effectus: mouent & illi imperio subiectos, virtutis fama externos. Fama igitur virtutis tuæ M. D. & honorum splēdor quo illustris familia tua in regno memoria nostra lucebat mouit me, vt in hac tua festa faustaq; de inito feliciter matrimonio lætitia lætitiam attestarer. Vult Astrologorum experientia quorundā syderum congressu lætitia animos hominum perfundi, syderis te loco nostra habet Sarmatia, quid mirum, si sydus syderi, illustris spōsus illustri sponsæ coniugio dum iungeris, lætus rerum tuarum successus lætitiam pariat in animis hominum. Eam ergo lætitiam, & me-

um in tua obsequia promptum animū breuia metra testatura Mag. tuæ affero & offero. Breuiá sunt & minus elaborata, sed breuia tempus breue peperit, præpropera dies obstetricantem partui industriam non admisit. Munus ergo ex me paruum, ex se minus, vt sit magnū, magna humanitas Mag. tuæ faciet, faciet inquā vt nō tam munus oblatum, quàm animum offerentis æstimans, quod in se paruum est ex magno offerentis in te studio magnum tibi videatur.

IACOBVS BIELICKI.

Vir Sapiens impletur benedictionibus & Videntes illum laudabunt. *Ecclesiast. 37.*

QVicquid mundus habet, Sapientia
Prudenti regit hoc moderamine
Rectrix maxima totius,
Non nouit dubias ſapiens vices
Fortunæ, illius haud agitur dolis
Vinctam ſub pedibus tenet.
Vt ſol perſpicuis ſuperat ſuam
Vmbram luminibus, ſpecioſior
Sic ſole eſt ſapientia.
Sed vere ſapiet, ſapiet cui
Virtus, namq; cui vitium ſapit,
Vmbris deterior manet.
Fælix Connubium, ſapiens cui
Vir, debetur huic benedictio
Ille vno minor eſt Ioue.

Vxor prudens à Domino

diuitiæ, Opes, aurum à parentibus

Prouerb. 19.

DIuitiæ Crœsi tua si præcordia tangunt
Ebria si Tyrio murice lana iuuat
Si Patrum extructæ sedes auriq; talenta
Cuncta Pater dulci cum genitrice dabit,
Ardes stemmatibus patriæ clarescere gentis
Maiorum veniet sanguine tantus honos.
Splendorem formæ florentes corporis annos
Et validum corpus firma iuuenta dabit. (būt
Singula quisq; dabit, sed ea haud diuturna mane-
Prudentem vxorem quis dabit? ipse DEvs.
O Felix donum quod nunc confertur vtriq;
Prudenti prudens en data Virgo viro est.

Ad

AD ILLVSTREM AC MAGNIFICVM DOMINVM D. STANISLAVM POTVLICKI à POTVLICE SVCCAMERARIVM Posnaniensem Parentem Sponsi.

ACtum ageret qui te tuarumq; Specimina Virtutum dignis persequi vellet encomijs Illustis & Magnifice Domine immortalis quippe animus mortali depingi manu, immortalis pedisequa virtutum gloria mortali enarrari lingua non potest. Habes vir amplissime quod plurimi attentando miserandum infaustis fortunæ velis quassati patiuntur naufragium. Fauorem Fortunæ quis non miretur tuæ: quæ cum natura sua leuis, temeraria, & inconstans sit, in te vno grauis, sedata & constans esse videatur. Sed quid mirum. Non nouit inconstantiam Fortuna suam, vbi constantiam virtutem dominam suam nouit dominari In regno virtutis nullus sorti relinquitur dominandi locus. Quod ergo in te vir amplißime felicitatis est, id totum solidißimis tuis virtutibus impatandum, virtutibus inquam, quarum lumina in hac nobilißima Potuliciorum familia tum vniuersis vuiuersi orbis partibus, tum potißimum huic regno lucem præstant clarißimam. Quæ enim est tam ingrata Poloniæ ora: quæ tam angusta terræ portio, quis tam inhumanus patriæ locus, qui hanc antiquißimam & clarißimam familiam cuius

iam honos & nomen inueterauit hominum famæ ac sermonibus, nõ cognouerit, cogitam non coluerit, semperq; non summo amore prosecutus fuerit. In eo Potuliciorum paterno loco progenitum te omnis Patriæ sinus miratur, qui nullis vnquam obscuritatis nebulis fuit obumbratus: ex illis maiorum tuorum fontibus profluxisti, qui pulcherrimos præclarè gestorum riuos nõ in suis solummodo, verùmetiam in remotissimis gentium partibus diffuderunt & manifestarunt. Testatur Patria clarissimorum maiorum tuorum Martis & Palladis gloriam, testatur & tuam: testantur exteræ nationes clarissima maiorum symbola, testantur & tua: quæ in te Martem & Palladem sedem suam collocasse cognoscunt, fatentur & mirantur Magnum ex fama Nobilissimorum maiorum tuorum in te vir nobilissime redundat decus, magnus honos, sed non minus ex tanta tua celebritate & fama capessit emolumentũ & ornamentum (Diuino adspirante fauore tantam Virtutum sublimitatẽ æquaturus) filius, quem vt ipsa natura ad omnia eelsissima effinxit, ita tuæ trahit & absorbet virtutis sublimitas, prouocat honestissima paterna institutio. Florebit hic florebit, nec patietur virtute sua paternam virtutem obscurari, crescet in honore crescet & florebit.

Fortitudo.

Symbola Virtutis generosæ fortia dantur
Nec male, conueniunt Vir Generose tibi,
Mars in te Voluit proprium fixisse trophæum,
Lechia si non vult Gallia testis erit.

AD ILLVSTREM ET MAGNIFICVM DOMINVM D. IANVSSIVM VITOSLAWSKI à Sielec Parentem Sponsæ.

NVlli non Virtus fida rerum conciliatrix & conseruatrix retulit gratiam Magnifice Domine, nulli non debita in castris militanti rependit stipendiá, æquabili semper illa currit tramite, & per suos veluti gradus adsumma ducens nulli nõ vehementes ac indefessos labores digna persoluit mercede, nec illum patitur in tenebris obliuione hominum sepultum delitescere, qui aliquando sub vexillo illius militiæ suum dedit nomen. Non illa oblita est virtutum nobilissimi parentis tui, non aliorum clarissimorum virorum maiorum tuorum, quos illa licet iam meritis illorum respõdenti præmio nunquam terminandæ consecrauerit immortalitati, voluit nihilominus, hic à me paululum commemorari, vt ad posteritatis memoriam monumentis literarum quodammodo etiã fierent immortales. Non ingrata tuarum Nobilissime Domine, quibus adeò ornatus es (vt rarum ne dicam neminem) adinueniri fas sit, qui tecum de palma in certamen iurè bono congredi possit. Cum enim reciprocis cogitationum fluctibus penitius considero præclaram illam tuæ mentis virtutem rerum omnium directricem, ad cuius præscriptum cæteræ virtutes constituuntur, prudentiam nimirum, quam in deffiniendis & disponendis rebus, consilys adhibendis, in propulsandis & extirpandis hominum inimicitys facilem & felicẽ

pluri

plurimi agnoscunt & experiuntur: Cum iustitiam, temperantiam, fortitudinem, & alias singularis animi tui diuitias collectas ex amplissimis honestæ disciplinæ campis fruges sapientiæ & consiliorum, ex transactis integerrimæ vitæ temporibus perceptos fructus iucunditatis & voluptatum, cum stemmata illa nobilissima facinorum egregiorũ symbola, præclara generis ornamenta plurimis laboribus ac sudoribus comparata mentis meæ oculis diligentius intueor, nõ admirari, summamq́ in animo meo non possum non persentire lætitiam: Lætitiam inquam, quam tibi nunc hæc augustissima regina inter tot & tanta solatia pro amplissimo largitur munere. Laborum hæc sũt præmia tuorum: militiæ hoc tuæ est stipendium. Gestiens hæc omniũ nobilissimorum virorum gratulantium tibi lætitia, tua est propria. Et si tua lætitia, tua est hæc felicitas, tua voluptas. Si Socrati si Diogeni sapientissimis alias viris fidem adhibendam ducis: quorum alter in lætitia, alter in voluptate, quam pænitudo nulla sequeretur, felicitatem collocauit. Fruere hac felicissimus felicitate. Virtutem nulla sequitur pænitudo, si eã quis bona secutus est fide. Fruere auspicatißimus, suauiora postmodum solatiá percepturus.

Prudentia.

Vtere sorte tua, fauet arbiter ætheris alti
A fronte & tergo ne vereare malum.
Inuida nil rabies, nihil inuida fata nocebunt
Prudentem nunquam fata sinistra petunt.

In nomina Coniugum.

Gratia dat sponso nomen, Sapientia sponsæ
Nomina suppeditant omnia connubij.
Felix sponsa suo felix est nomine sponsus
Efficiunt gratos nomina iuncta Deo.

Do Jey M'ci P. Zophiey Witosłáwskiey Oblubienice.

TRudna w nieſzcze‹ſnym rázie nie wołáć/ ále w gwałtowney rádoſci milczeć dáleko trudnieyſza M. P. záprawdę ieżeli popędliwy áfekt ták ſilny ieſt/ że y niemym mowę przywroćić może (co ſie w ſynu Creſuſowym y Sámuiſie pokazáło) ábo nie człowiekiem/ ábo bez áfektu człowiekiem muśiałbym być/ gdybym w ták weſoły czás/ w iednoſtáyney wſzyſtkich rádoſci milczeć miał: nie da to rádoſne milczeć weſele: niedopuśći wrodzona cnotá twoiá/ ktora ácz ſáma ſoba contentuie ſie/ ſámá ſobie zapłátá/ ſámá pochwala ieſt: lecz że oney ſámey winná ſie wſzeláka cześć y pochwałá/ á nie tylko w iáſnym plácu/ ále y w ćiemnym kaćiku táyna y pokryta być niechce/ y niemoże: ſłuſznie ſie iey tá powinność oddá/ gdy ſobie przyſtoynie powinna pochwałe w tobie M. P. odnieśie. A iáko pochwałá twoiá iey ieſt włáſna/ ták oná niemoże w nikim iáko w tobie znákomitſzego wźiać zálecenia. Jeżeli

 bowiem

wić przez skutki domácywamy śie przyczyny y po czątku rzeczy kożdy / ieżeli z świátłośći dniowy słońcá / mieśiacá z nocney świátłośći dochodźimy. Záprawdę kto ták tępy będźie / ktoryby z osobliwych á práwie świątobliwych postępkow twych zácnych cnot doyśćy vznáć niemogł. A minawszy wielką sławę (ktora iest prawdźiwym skutkiē cnoty) domu w ktorymeś śie zrodźiłá / tudźieśćeż znáczna dźielność / ná wszystkie strony obeyrzáłość. Coż iest inszeᵒ on piękny wstyd twoy / ieno zamek pięknośći / stroż cnoty / ozdobá młodośći / w ktorym ty Lácenie / Lucreciey / Biliey wstydźie śie kocháiacym Pániom nigdy wprzod niedaß. Coż oná boiaźń Boża / tylko początek mądrośći / skromnośći termin / nieustawáiace bespieczeństwo / ßcześćie nieoßácowáne: coż insze rozliczne cnoty twoie / ktorymi ten piękny kwiát młodośći twoiey iest przyozdobiony? Hipocrátes znáczny on Pogáński Philozoph chcąc tym śnádniey, grontowniey w vczniach swoich afekt ku cnotom wzniecić / zwierćiádło im wielkie przed oczy częstho stáwiał / áby oni tu obaczywßy do czego ich natura przystoynie sposobilá

tego ochotnie chwytáiąc ſie dopinali. Przy ták znácznym źwierćiedle wychowáłáś ſie ty W.Mći- wa P. oświadczáią y práwie to ná oko pokázuią zacnych rodźicow twoich cnoty: świadczy powagá/ świadczą inſze ſzerokiego zálecenia godne cnot y obyczáiow nigdy nieoſzácowáne rodźićielki twoiey kleynoty/ ktoreś ty ták doſtátecznie ná ſobie wyráziłá/ że dźiś ſłuſznie ćie drugie zá zwierćiadło mieć mogą: ſłuſznie wizerunk z cnot rozmáitych bráć mogą y biorą. A komuſz kiedy Bog ſzczodry wſzech rzeczy dawcá zá ták miłe cnoty nie pobłogoſłáwił: á ktoż kiedy błogoſłáwieńſtwem Bożym zápczycony ćieſzkich niepowodnego ſzczęśćia doznał rázow: Niepedobna áby śmiertelna śiłá z ręku opátrznośći Bożey to wyiąć mogłá/ co on według woli ſwey prowádźi/ nie przemoże nigdy nieſzczęſna chwilá wyrokowiego. Ták znácznymi opátrzona dárámi/ w ſtáteczney miłośći/ w zgodźie/ w małżeńſkiey vprzeymośći fortunne czáſy przeżyi W.M.P. w błogoſłáwieńſtwie Bożym nikt nigdy bez znácznych poćiech nie był.

Winczowánie Páná Andrzeiá

Witosłáwskie° Oblubienicy Siostrze swey.

WRodzona miłość / y tá iednostáyna ludźi znácznych (ná ktorych tu szczęśliwie pátrzamy) vprzeymość / wzbudza mię ábym ći tego stánu nowo záczętego powinszował M. P. Siostro. Bog ktory iáko początku niema ták końcá mieć nie może / niech y początek y koniec tego stanu twego szczęśći y błogosłáwi. Nie zwykło áni może nieszczęście tám gránic szerzyć swoich / gdźie raz ręká opátrznośći Bożey kogo ogárnęłá. Łáskáwe wielom w tym stanie żyiącym oko Bog záwsze vkázował y vkázuie / vkaże y tobie: wiele ich hoyną y szczodrobliwą rękę Páńską vznali y vznawáia / vznasz y ty: záczym poydą iáko strumienie zá głowną rzeką rádośći / poydą poćiechy ktore własnym są skutkiem tego to szczęśćia z łáskawego niebá dánego / vrosta nowe poćiechy / vrośćie ozdobá domowi

náše-

nászemu. Wstępuiesz w dom stárożytny / wstap á szczęśliwie / tegoć wrodzony moy afekt / vprzyimość moia bráterska winczuie. Wykonayże to iuż łáskáwie wszystko Boże coś ty sam w tey spráwie záczętey przeyrzeć ráczył.

Dilecta mea Benefactrici F. B.
Laurentius Boleslaus

Anno Domini
I.III
I.IIII

Nullus est bonus nisi sapiens et sapiens qui habet cognitionem omnium rerum sed nullus est talis ergo nullus est sapiens solvat aliquis Rubro enim auctoritate Epicureorum Philosophorum

Votum Autoris

RERUM OMNIUM PRINCIPIUM ABSQUE PRINCIPIO

DEUS

SERVATOR UNIVERSI UTRIUSQUE

CHRITSE

Benignas nostris aures admoue votis.
Fauore tuo auspicare hoc quod nunc benigno
contueris vultu coniugium,
Te autore te rectore festos & faustos ducant dies,
Sit procul inimica amoris discordia.

Coniuncti semper

Viuant, senescant, vna moriantur.

Semper

Te fauentem, semper benignum, semper dextrum
experiantur.

O sempiternum Numen.
O DEus & homo: